

dentibus fremens, velut anguis venenata trisulco gutture ad ^loris veneni spiramina contra Mutinenses [a] spargere conabatur. Verum, quid eo artificiosius, quid eo mali-
 ciosius? artibus mille formis inventis, millenas insidias [b] ex diversis ^{vel} malorum spe-
 ciebus [c] inter eos visus est iaculari. Sub anno itaque Domini millesimo ducentesimo
 xxviii Bononienses omnibus rite paratis [d], ad eorum servitium vocaverunt Faventinis,
 Caesenates et quosdam Ravennates ac Livieneses milites, cum quibusdam Florentino-
 rum militibus, et castrum [e] Bazani obsederunt [f] hostiliter, die penultimo mensis
 Septembris. Et cum diu ^{no} guerram [g] cum manganis, balistis atque aliarum diversa-
 rum machinarum generibus fere per tres septimanas, fecissent [h], supervenerunt Mu-
 tinenses cum eorum exercitu [i], Parmenses cum eorum ^{carrocio} [j], Cremonenses
 cum eorum exercitu, et per aliquot dies super aquam Samoziae [k] a parte Bono-
 niae [l] fixere ⁱⁿ tentoria; Bononiensium exercitum super omnia aggredi cupientes. Ve-
 rum, quia in montibus aderant castrametati, eis nihil facere potuerunt. Tertia vero die
 non longe ab exercitu Faventinorum [m], quantum arcus bis posset sagittam [n] mit-
 tere, qui iuxta eandem aquam in planitie erat extensus, per aliquot dies contra
 fixere castra. In dictum igitur castrum cum curribus pro eorum arbitrio panem, vinum,
 picem, sulphur et sagittas ad usum balistae cum electis peditibus, media die intro-
 miserunt audacissime, pueros et puellas praeterea ^{ex} detrahentes honorifice [o], Faven-
 tinorum speculantes exercitum, si possent [p] invadere; ^{sed} et cum ~~nee~~ nobis, nec Bo-
 noniensibus aliquid ~~damni~~ intulissent [q], usque pontem Panarii seu Scotennae [r],
 die dominico, media nocte, fugerunt vilissime [s]. Deinde miserunt eorum milites cum
 electis peditibus [t] apud castrum Plumacii [u], quod vulcano superante combusserunt
 atque destruxerunt hostiliter, et hoc non sine infamia Rolandi domine Ceciliae [v],
 qui ad custodiam castri praedicti deputatus fuerat. Die vero tunc, circa vespertas, ul-
 tra praedictum pontem [x], cum populo bene munito [y] et cum electis peditibus et
 balestrariis villam Unzola [z] et burgum Sanctae Mariae [aa] in strata inimicabiliter
 pertractarunt, cum quibusdam domibus burgi Panigalis. At cum Bononienses et Fa-
 ventini minime credere possent, viso tamen fumo, qui rem declaravit, hostibus obviam
 cum infinita multitudine militum gradu illuc properarunt citissimo, et tamquam novi

[a] ad oris veneni spiramina contra Mutinenses. Sic Codd. — [b] millenas insidias. Sic lego C. M.; Cl. Mitt. legit: reliquias insidias. In C. V., tantum, insidias. — [c] ex diversis malorum speciebus. Sic Codd. Cl. Mitt. legit: ordines tot Tellorum. Ex C. M., loco bellorum, ut habet C. V., et malorum, ut ego legi, elici quoque posset: armorum, vel arborum. — [d] rite paratis, Codd. M. et V.; ante paratis, C. A. — [e] et castrum: et, addidi. — [f] Bazani obsederunt, C. V.; Bazane obsiderunt, C. M. — [g] cum diu guerram. Sic lego C. M.; cum diu terram, C. V.; cum diu coram, legit cl. Mitt. — [h] septimanas fecissent. Sic legit cl. Mitt.; et sic habet C. V. At si supra, pro guerram, legamus, coram; hic, non fecissent, sed fuissent legen- dum est; quod etiam legi posset ex C. M. — [i] Mutinenses cum eorum exercitu. Sic Codd. M. et A.; Mu- tinenses, ad eorum exercitum, C. V. — [j] carrocio. Sic lego. In C. M., carozio. — [k] aquam Samoziae, C. M.; aquam Samodiae, C. A.; aquam Samogiae, C. V. — [l] a parte Bononiae, C. A. et Cl. Mitt.; a parte exercitu Faventini, C. V. — [m] bis posset sagittam, Codd. A. et V.; bis posset mittere, C. M. — [n] detrahentes honorifice, C. A.; et sic legit cl. Mitt.; atrahente honorifice, Codd. M. et V. — [p] si pos- sent, Codd. M. et A.; non possent, C. V. — [q] damni intulissent. Supplevi, damni. — [r] seu Scotennae, Codd.; seu Scultennae, legit cl. Mitt. — [s] fugerunt vilissime, C. V.; fugierunt vilissime, C. M. — [t] cum electis peditibus, Codd. M. et V.; cum dictis pontibus, legit cl. Mitt. — [u] castrum Plumacii, Codd. M. et V.; castrum Panani, C. A. Erat autem tunc Plumacium in Bononiensium potestate. — [v] dominae Ceciliae, Codd. M. et V.; sed C. A. habet: domini Ceciliae. — [x] praedictum pontem. Sic Codd. M. et A. — [y] populo bene munito, Codd. M. A. et V.; populo Bononiensi munito, habet cl. Mitt. — [z] villam Unzola, C. M.; villam Un- zola, C. A.; villam Unzoli, C. V. — [aa] Sanctae Mariae, C. V. et cl. Mitt. At C. M. videtur habere: sanctae Mattiae.

exercitu et

Parmensium dimisso carozio
 retrogredi sunt eorum milites
 et cum